S. Quandoquidem meas (vir Reuerende) tibi gratas
Ee significasti, libens te, cum sese offert occasio, in
posterum compellabo, sperans te mihi vicissitudine
sermonis vel verbis tribus exsoluturum; De Alexan-
dro nro quod petijsti ut certi qd scriberem, scribere
nil possum aliud, quam quod omibus notum est, ...
is et fortassis longum haerebit Guelfe...
interim ipsius complices et mancipia, ut recte
dixerim, nullum non mouent lapidem, ut sparsis
hinc inde chartis quibusdam, persuadeant passim
nobilibus ac ciuibus, philosophos Helmstadianos
horrendas blasphemias docere; quae tamen
forte per somnium in mente ijs non venerunt;
Theses quas mitto, quaeso boni consule, et num eas
probes, rescribe, ego per omnia eas probare non pos-
sum; in gratia tamen mei popularis, ro-
gatus, carmen conscripsi, quod ipse curauit
subiungi: Vale et me ama, meaque studia
κατὰ σὴν ἐπαγγελίαν tandem iuuato.

Dn. D. Pezelium
nec non D. Pieri-
um meis verbis officiose saluta.

T. R. studiosiss.
Eberhardus Mel-
ler.

Reuerendo Doctiſsimoq viro dn. M.
Johanni Hillebrand Ecclesiæ Bre-
mensis pastori fidelissimo, Domino
et amico suo colendo

Bremen.

13 Maij accepi.
& [illegible] gratiæ agendæ

28 Maij respondi.

[illegible]